



**L. Coelii Lactantii Firmiani, diuinorum institutionum,
aduersus gentes, de falsa religione liber primus**

Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus

[Köln], [1518]

VD16 ZV 9338

Quomodo refella[n]tur ij, qui Deos esse factos ex hominibus mentiantur.
Cap. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71332)

DE FALSA RELI.

rem uel in solitudinem: qd deinde nominis cōmutatio:
Postremo qd equorū tā p̄tinax abominatio: Quid signi-
fīcat hæc oīa nīsi cōsciam stupri: & amore minie virginis
lēm. Erat plane, cur tñ laborem pro tam fideli iuuene su-
sceperit, quia amanti nouercæ obsequium pernegaret.

IQuomodo refellātur ij, qui Deos esse factos ex homi-
nibus mentiantur. Cap. XVIII.



Oc in loco refellendi sunt etiam ij, qui deos
ex hominibus esse factos, non tantum faten-
tur, sed, ut eos laudent, etiam glorianter, aut

Cererem ac Liberum, aut artium repertarum, ut Aes-
culapiū, uel Mineruam. Hæc uero q̄ in epta sint, quāq̄ nō
digna, propter quæ homines inexpiabiliter scelere conta-
minent, hostesq; Deo uero siant, q̄ contēpto mortuorū
sacra suscipiunt, ex singulis rebus ostendā. Virtutem eē
dicūt, quæ hominē tollat in cœlum, nō illam, de qua phis-
icis dixerunt. Iosophi dixerunt, quæ posita est in bonis animi, sed hanc
corporalem, q̄ dicit fortitudo, quæ qm̄ præcipua in Her-
cule fuit, imortalitatē meruisse creditur. Quis tam stulte
ineptus est, ut corporis uires diuinum, uel etiam huma-
nū bonū iudicet, cū sint & maiores pecudibus attributæ,
& uno morbo s̄æpe frangant, uel ipsa senectute minuant
& corruant. Itaq; idē, cum ille deformari ulceribus toros
suos cerneret, nec sanari se uoluit, nec senē fieri, neq; se
ipso minor, aut deformior uideretur. Hunc ergo, qui ui-
uum seipsum combusserat, ascendisse in cœlum putau-
rūt, eaq; ipsa, quæ stultissime admirati sunt, simulachris,

& imaginibus compressa, & consecrata posuerunt, ut in
 perpetuum uanitatis eorum monimenta perstarēt, qui ob
 necem bestiarū Deos fieri credidissent. Sed hæc græco-
 rum fortasse culpa, qui res leuissimas pro maximis semp
 habuerunt. Quid nostri, num sapientiores? qui athleticā
 quidem uirtutem contemnunt, quia nihil obest, sed regi
 am (quia late solet nocere) sic admirantur, ut fortes, & bel-
 licosos duces in Deorum cœtum collocari arbitrentur.
 Nec esse ullam alia ad imortalitatem uiā, q̄ exercitus du-
 cere, aliēa uastare, urbes delere, oppida excidere, liberos
 populos aut trucidare, aut subiçere seruituti, uidelicet q̄
 plures hoīes afflixerint, spoliauerint, occiderint, eo se no-
 biliores, & clariores putant, & inanis gloriae specie capti,
 sceleribus nomen uirtutis imponunt. Iā mallē, ut a ferarū
 cædibus deos sibi fingerent, q̄ imortalitatē tam cruentam
 probarent. Si ergo unum hominem iugulauerit, pro conta-
 minato, ac nefario habetur, nec ad terrenum hoc domici-
 lium Deorum admitti eum fas putant. Ille autem, qui infini-
 ta hominum millia trucidauerit, cruore campos iundaue-
 rit, flumina infecerit, non modo in templum, sed etiam in
 cœlum admittitur. A pud Enniū sic loquitur Africarus,
 Si fas cædendo cœlestia scandere cuiq; est,

Mihi soli cœli maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit,
 ac perdidit. Quid quantis in tenebris Africane uersatus es,
 uel potius o poeta, qui p̄ cædes, & sanguinem patere ho-
 minibus in cœlum ascensum putaueris. Cui uanitati &
 Cic. assensit. Est uero, inquit, Africane, nam & Herculi

DE FALSA RELI.

eadem ipsa porta patuit, tanq; ipse plane, cum id fieret, ia
nitor fuerit in cœlo. Evidē statuere non possum, dolen
dum ne potius an ridēdum putem, cū uideam & graues,
& doctos, & (ut sibi uidentur) sapientes uiros, in tam mi
serandis errorum fluctibus uolutari. Si hæc est uirtus, q
nos imortales facit, mori egdem malim, q; exitio eē cōplu
rimis. Si aliter imortalitas parari nō potest nisi per sangu
inem, quid fiet si omnes in cōcordiam consenserit? Quod
certe fieri poterit, si pernicioſo, & impio furore pecto in
nocentes esse ac iusti uelint. Num igitur nemo erit cœlo
dignus? num peribit uirtus, quia hominibus in homines
sæuire non dabitur? Sed isti qui euersiones urbium, popu
lorūq; summam gloriam computant, otium publicum non
ferent, rapient, sœuient, & iniurij insolenter illatis huma
næ societatis fœdus irrumpt, ut habere hostem possint,
quem sceleratius deleant q; laceſſierint. Nunc ad reliqua
pergamus. Nomen deorū Cereri, ac Libero traditio mu
nerum fecit. Possum diuinis docere literis, uinū, atq; fru
ges ante progeniem cœli, atq; Saturni fuisse in usum ho
minum, sed ab his sane iuenta fingamus. Nū potest plus,
aut minus uideri collegisse fruges, hisq; fractis panem fa
cere docuisse, aut uvas de uitibus lectas expressisse, uinū
q; fecisse, q; fruges ipsas, aut uites generasse, aut protulisse
de terra. Reliquit hæc sane Deus humanis ingenij e
ruenda, tamen fieri non potest, quin ipsius sint omnia, qui
& sapientiam tribuit homini, ut inueniret, & ipsa illa, que
possent inueniri, primus inuenit. Artes quoq; suis inuen
toribus immortalitatem peperisse dicuntur, ut Aescula

Noe p̄m p̄lātū
mūtū u. Gaber
Teneſas ob m̄ptū

LIBER I.

XXXI.

pio medicina. Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos, qui fullonicam, sutrinamq; docuerunt. Cur autem figuli n&e repertori honos non habetur? An quia isti diuites uasa famia contemnunt? Sunt & aliae artes, quarum res humanae uitae plurimum profuerunt. Cur non etiam illis attributa sunt templas, sed nimis Minerua est, que omnes reperit. Ideoq; illi opifices supplicat. Ergo ab hijs sordibus Minerua ascendit in cœlum. Est uero causa cur quisq; derelinquit eum, qui terram cum animatibus, cœlum cum astris, & luminibus exorsus est, ut eam ueneratur, quæ telam docuit ordiri? Quid ille, q; uulnera in corporibus sanare docuit: num potest esse præstantior, quā qui corpora ipsa formauit sentiendi, ac uiuendi rationem dedit? Herbas deniq; ipsas, & cætera, quibus medeci ars constat, excogitauit, ac protulit?

¶ Quod Deos uanos, & Deum uerum nemo simul potest colere.

Cap. XIX.



Tenim dicet aliquis, & huic summo, qui fecit omnia, & illis, qui partem profuerunt, suā uenerationem esse tribuendam. Primum nec factum est unq;, ut qui hos colit, etiam Deū coluerit, nec fieri potest, quoniam si honos idem tribuit alijs, ipse oīno nō colitur, cuius religio est, illum esse unū ac solum Deum credere. Clamat summus poeta eos omnes, qui inuentas uitam excoluere per artes, apud iferos esse, ipsumq; illum medicina repertorem talis, & artis ad Stygias undas fulmine esse detrysum, ut intelligāus, q; tū ualeat pater omnipotens, qui & Deos fulminibus extin-

G